

Questio 6.2 : Utrum sit dare aliquem sensum agentem qui possit habere virtutem aliquam effectivam respectu harum formarum intencionalium?

Alphonsus Vargas Toletanus, OESE, *De anima* (Cremona, Biblioteca Statale, MS. 113)

Transcribed by Annemieke Verboon¹

sigla

C = Cremona, Biblioteca Statale, ms. 113. Quaestio 6.2 (fols.50ra -- 54rb)

V = Veneta, ed. Jordani Ziletti, 1566 (Alphonsus Vargas Toletanus, *In Aristotelis libros De anima subtilissimae quaestiones*). Quaestio 6.2 (E6ra – F2va). [Bavarian State Library, sig. 2 A.gr.b. 1078.](#)

om	omittit
add.	addit
del.	delevit
quidem: idem V.	C habet ‘quidem’, V habet ‘idem’

bibliography

Bakker, Paul J. J. M. & John H. L. Van den Bercken, The Commentary on Aristotle’s *De Anima* by Alphonsus Vargas Toletanus, OESA. *Bulletin de Philosophie Médiévale*, 2010 (52), pp. 201-234.

II, questio 6.2

50ra/ Utrum sit dare aliquem sensum agentem qui possit habere virtutem aliquam effectivam respectu harum formarum intencionalium? Quia hoc videtur tangere secundum argumentum questionibus.

Quantum ad istum articulum teneo conclusionem affirmativam, scilicet quod oportet dare sensum agentem necessario. Ad declarandum hunc questionem hoc ordine proceditur nam primo declarabitur modus ponendi sensum agentem et ad quid deserviat. Secundo probabitur conclusio rationibus et auctoritatibus. Tertio ut ultimo movebuntur circa dicta aliqua dubia quibus solutis apparebit /50rb/ veritas articuli huius.

Quantum ad primum est notandum quod secundum intentionem *Commentatoris* in secundo et tertio *De Anima* in diversis locis et secundum doctorem nostrum in quolibet tertio questione xii^a et xiii^a. Sicut se habent fantasmata ad intellectum sic suo modo exteriora sensibilia ad sensum nam sicut a fantasmata, quod est intelligibile in potentia, non potest immediate causari ipsa intellectio, sive actus intelligendi, cuius ratio est: quia non est processus de imperfecto ad perfectum, nisi per medium, et maxime, si perfectum et imperfectum valde sunt contraria. De valde esse imperfectum ad valde esse perfectum non est processus nisi per medium vel sine medio modo perfecto. Fantasia autem quantum ad intelligibilitatem est unum perfectum² quia solum est intellectio³ in potentia. Ipsa

1 The transcriber would like to acknowledge the funding from the European Research Council to the research project *Rationality in Perception: Transformations of Mind and Cognition 1250-1550* under the grant agreement n. 637747.

2 imperfectum V.

3 intelligibile V.

vero intellectio, sive actus intelligendi multum habet de huiusmodi actualitate, species autem intelligibilis habet se modo medio quia non dicit tantam actualitatem, quantam dicit ipsa intellectio nec dicit tantam potentialitatem, quantam dicit ipsum fantasma, ergo a fantasmate quod est intelligibile tantum in potentia ad intellectionem per quam sumus actu intelligentes, non est transsitus nisi per medium, scilicet, speciem intelligibilem, per quam sine intellectione sumus intelligentes in habitu.

Sic etiam suo modo sensibilia exteriora sunt intenciones in potentia tantum. In sensu autem intenciones in actu, et sub esse spirituali, vel⁴ spirituali et imateriali. Et ideo non est possibile quod ab intencione in potentia immediate causetur intencio in actu tanta actualitate, ut est in sensu. Sed prius causetur species in medio⁵ quam⁶ in sensu quod est ipse actus sentiendi. Nam secundum *Augustinum* species in visu est ipsa visio, in medio autem habet esse ipsa species magis spiritualiter quam in re sensibili et in sensu adhuc magis spiritualiter quam in medio. Et ideo a sensibili quod est a⁷ potentia tantum ad intencionem quae est in sensu per quam sumus actu sentientes; non est transsitus nisi per medium, videlicet, per speciem existentem in medio, qui⁸ tenet medium inter ista ut patet ex praedictis. Est tamen ulterius advertendum quod sicut fantasmata, quia sunt intelligibilia in potentia et non⁹ actu non possunt movere intellectum possibilem ad actum intelligendi, nisi in virtute alicuius agentis reducentis eam¹⁰ de potentia ad actum et ideo ponimus intellectum agentem esse illud in cuius virtute fantasmata movent intellectum possibilem. Ita suo modo exteriora sensibilia ut dicitur *Commentator* secundo *De Anima* in illo capitulo determinatis gratia¹¹ hiis. Sunt intenciones in potentia et non in actu. Si ergo, quod est /50va/ in potentia taliter¹² non movet nisi in virtute alicuius agentis reducentis de potentia ad actum sensibilia que sunt intenciones in potentia, non faciunt intenciones in actu sensus, nisi virtute alicuius agentis. [nota dare sensum agentem *in marg.* C]. Oportet ergo dare sensum agentem in cuius virtute sensibile quod est in potentia intencio, faciat intencionem in actu in re supposito¹³. Sicut dabas¹⁴ intellectum agentem in cuius virtute fantasmata, que sunt intelligibilia in potentia reducit de potentia ad actum intelligendum possibilem. Apparet ergo modus ponendi sensum agentem et ad quid deserviat, nam hoc quidem¹⁵ deservit sensus agens respectu sensibilibus, ad quod intellectus agens respectu fantasmatum, ut patet ex dictis. Sicut enim fantasmata movetur (*sic*)¹⁶ intellectum possibilem in virtute intellectus agentis¹⁷ reducentis ea de potentia ad actum. Hoc¹⁸ est expresse intentio *Commentatoris* in secundo et tertio huius¹⁹. Dicit enim in secundo quod *Aristoteles* tacuit hoc in sensu quia latet et apparet in intellectu, et ideo non tacuit in intellectu. Et in tertio tangit istam quaestionem dimittit eam insolutam²⁰ dicens quod indiget magna perscrutatione²¹ quia²² non diceret nisi intencionis sue

4 et sub esse spirituali, vel *om.* V.

5 et mediante specie, quae est in medio causetur specie *add.* V.

6 quam : que V.

7 a : in V.

8 qui : quae V.

9 in *add.* V.

10 ea V.

11 gratia: autem V.

12 taliter: tale V.

13 in re supposito : in sensu ipso V.

14 dabamus V.

15 quidem: idem V.

16 movetur: movent V.

17 sic sensibilia, quae sunt intenciones in potentia, faciunt in sensu intencionem in actu in virtute sensus agentis *add.* V.

18 hoc: haec V.

19 huius: De Anima V.

20 insolutam V.

21 perscrutatione V.

22 quia: quod V.

esse²³ dare sensum agentem. [Augustinus *in marg.* C]. Beatus Augustinus etiam videtur dare et probare sensum agentem in vi^{e24} *De Trinitate* et hoc de primo.

Secundario quantum ad istum articulum probo istam conclusionem aliquibus mediis.²⁵ [probatio que sit dare sensus agentis *in marg.* C].

Primo. Sic. Secundum *Philosophum* in tertio *De Anima*. [probatur ergo *in marg.* C]. In omni natura in qua est dare unum, quod est omnia fieri, est dare aliquid quod est omnia facere, sed in natura sensitiva est dare sensum, qui est omnia fieri, qui potest dici possibilis, vel passivus. Ergo in natura sensitiva est dare sensum qui est omnia facere, qui potest dici sensus agens sive activus. Tota ratio est *Philosophi* in tertio huius, quia *Philosophus* adducit eam ad probandum intellectum agentem. Hic autem adducitur ad probandum sensum agentem. Minor huius rationis habet ita veritatem in sensu, sicut in intellectu, nam sicut est dare intellectum, qui est omnia fieri, eo quod potest omnem actum intelligendi recipere. Sic est dare sensum qui est omnia fieri qui potest omnem actum sentiendi recipere, ergo etcetera.

Secundo. Sic. Omnis operatio vitalis debet habere²⁶ a principio vitali; non solum receptive ymo etiam effective. Haec patet aliter agens in quantum agens esset ignobilius passivo et pasciens in quantum pasciens praestantius agente quod est expresse contra *Philosophum* in tertio huius. Assumptum patet quia principium vitale nobilius est et praestantius non vitali, sed sensibilia exteriora²⁷ sunt principium vitale et sentire est operatio vitalis ergo /50vb/ preter sensibilia exteriora oportet dare aliquod principium effectivum respectu huius operationibus hoc autem principium effectivum non potest esse nisi sensus agens; ergo.

Tertio. Sic. In omni actionis equivoca requiritur aliquod agens commune, preter particulare et e converso, sed actio sensibilis in sensu est equivoca ergo preter agentia particularia, cuius est sensus²⁸, oportet dare aliquod agens commune et tale agens²⁹ erit³⁰ sensus agens, vel aliquis qui concurrat³¹ effective ad omnem actum sentiendi, sicut intellectus agens suo modo ad omnem actum intelligendi. Maior patet inductive in omni actione inductiva mundi, nec poterit dari instancia in aliquo. Minor probatur nam tunc dicitur actio equivoca quando inducitur³² forma in subiecto³³,³⁴ sub quo erat in agente, hoc patet de se quia tunc agens vel actum producens et productum non sunt eiusdem rationis, sed forma³⁵ sensibilis non introducitur in sensu sub modo essendi³⁶ reali in sensu autem sub essendi intencionali, ergo etcetera. Patet maior et per consequens tota ratio.

Quatro. Forma intencionalis secundum, quod est in organo, est magis spiritualis, quam secundum quod est in subiecto, tunc arguitur sic. Illa forma intencionalis sive forma spiritualis³⁷ aut provenit ex parte materie in qua rescipitur (*sic*) aut ex parte agentis a quo producitur. Non potest dari primum, ut videlicet, dicatur quod diverssi modi habeat esse forma sensibilis et in obiecto sensibili et in sensu propter diverssitatem materie, vel subiecti, in quo recipitur ita quod sensibile habeat esse materiale, vel materialiter quia sensibile etcetera est quid materiale et non spirituale³⁸,

23 esset V.

24 secundo V.

25 mediis: rationibus V.

26 habere: esse V.

27 non *add.* V.

28 cuius est sensus: cuiusmodi sunt sensibilia V.

29 commune *add.* V.

30 ipse *add.* V.

31 concurrat: concurrent V.

32 inducitur: introducitur V.

33 subiecto: materia V.

34 modo essendi eiusdem rationis sed forma sensibilis *del.* C

35 /E6v/ V.

36 eiusdem rationis, sub quo erat in ipso sensibili quia in sensibili erat sub modo essendi *add.* V.

37 forma intencionalis sive forma spiritualis: spiritualitas forme intencionalis V.

38 in sensu vero dicitur habere esse spirituale *add.* V.

quia sensus est materia spiritualis et ideo recipit spiritualer nam si esset ita formaliter³⁹ esset propter materiam et nobilitaretur propter nobilitatem materie haberet namque esse nobile quia recipitur⁴⁰ in materia nobili. Et materia non esset propter formam, nec nobilitaretur propter formam⁴¹. Hoc totaliter esset inconueniens et contra rationem, scilicet, quod forma propter materiam et non materia propter formam, non⁴² poterit talis ratio spiritualis⁴³ provenire ex parte materiae, in qua recipitur ipsa forma, provenit ergo ex parte agentis a quo producitur. Sed talis spiritualitas non potest esse ab⁴⁴ obiecto sensibili, quia obiectum sensibile est purum materiale. Nullum autem purum materiale virtute propria potest esse causa spiritualis⁴⁵ alicuius, quia ageret ultra suam speciem. Ista igitur spiritualitas non potest esse /51ra/ in sua⁴⁶ specie, nisi ab aliquo agente preter sensibile vel sensum, et hoc erit sensus agens, virtute cuius sensibile poterit huiusmodi speciem causare in ipso sensu quare, etcetera. Hanc rationem tangit *Commentator* in secundo *De Anima*.

Quinto. Nullum sensibile in potentia potest movere sensum ad actum sensibili⁴⁷ nisi virtute⁴⁸ alicuius agentis, ipsum reducentis re⁴⁹ potentia ad actum. Hoc videtur nota ex dictis, nam sicut nullum intelligibile in potentia potest movere intellectum ad actum intelligendi, nisi virtute alicuius agentis, ipsum reducentis⁵⁰ de potentia ad actum, ita suo modo videtur dicendum de sensu. Sed obiectum exterius est sensibile in potentia, sicut fantasma intelligibile in potentia, ut patet ex dictis in⁵¹ parte huius articuli, ergo obiectum sensus non poterit sentiri, nisi virtute alicuius agentis, reducentis ipsum de potentia ad actum eo modo, quo dictum est: hoc autem est sensus agens. Sicut respectu fantasmatum dicitur intellectus agens. Istam rationem tangit *Commentator*, ut supra.

Sextus (*sic*) ratio. Sensibilia non sufficiunt ad movendum sensum, ergo preter sensibilia oportet dare aliquod agens in virtute cuius possint ipsa sensibilia movere sensum et hoc erit sensus agens, quia non est.⁵² Nam, si non possint movere propria virtute debent movere necessario, et⁵³, quod moveant virtute alicuius agentis. Antecedens est *Commentatoris* secundo *De Anima*, qui expresse dicit, quod sensibilia non sufficiunt ad movendum sensum, sicut nec fantasmata ad movendum intellectum.⁵⁴ Sic igitur videtur probata predicta conclusio, que confirmari potest aliquibus dictis⁵⁵ *Commentatoris*; sufficiunt tamen ad presens auctoritates predictae superius in primo huius articuli.

Ad maiorem tamen declarationem harum rationum est ulterius nondum⁵⁶, quod aliqui doctores cognantur (*sic*) solvere dictas rationes. Doctor noster videtur solvere primam rationem quolibet tertio questione septima, ubi disputat a proposito et per solutionem illius videntur solvi omnes rationes alie. [Egidius *in margine C.*] Dicit igitur doctor noster in predicta questione, quod quamvis in omni natura, quando damus aliquod passum, oportet quod demus aliquod agens, tamen hec duo quorum unum est agens, aliud vero passiens: unum quod est omnia fieri, aliud quod est

39 formaliter: forma V.

40 recipitur: accipitur V.

41 formam: nobilitatem forme V.

42 ergo *add.* V.

43 ratio spiritualis: spiritualitas V.

44 ab: ex V.

45 spiritualitatis: spiritualis V.

46 sua: illa V.

47 sensibili *om.* V.

48 sensibili nisi virtute: nisi in virtute secundum diversitatem V.

49 re: de V.

50 reducentis: deducendis V.

51 prima *add.* V.

52 quia non est *om.* V.; Consequentia nota est. *add.* V.

53 et: oportet V.

54 quare etcetera *add.* V.

55 aliquibus dictus: auctoritatibus claris ipsius V.

56 nondum: advertendum V.

omnia facere. Alii⁵⁷ congregantur in uno et sunt partes vel virtutes, sicut intellectus agens, et possibilis congregantur in uno et eodem subiecto vel in eadem essentia animae. Alii⁵⁸ autem non congregantur in uno, nec sunt partes, nec virtutes ipsius, quod potest evidenter ad sensum demonstrari, nam in artificialibus ars id est quod omnia artificilia facere /51rb/ materia vero haec quod⁵⁹ omnia artificialia fieri. Ars autem et materia non congregantur in uno, primo⁶⁰ ars habet esse valde separata a materia, non ergo possumus arguere, quod sicut damus materiam in artificialibus, quae est omnia fieri, quod oportet dare unam materiam, quae est omnia facere; non enim damus materiam agentem, sed damus aliquod separatum a materia, ut artem, quae est omnia facere. [nota bene *in margine C.*] Si ergo arguatur⁶¹ sic organum artis, ut puta, ferra, securis, vel quodlibet aliud strumentum⁶² non potest movere materiam secundum se.⁶³ Ergo oportet dare aliquam virtutem activam in materia, in cuius virtute organum artis moveat materiam.⁶⁴ Plana esset solutio, si⁶⁵ diceretur⁶⁶, quod⁶⁷ materia non est potentia activa, nec est dare materiam agentem, sed est dare aliquod agens separatum, ut puta, autem, in cuius virtute organum artis inducit materiam agentem sed est dare aliquod agens separatum ut puta artem in cuius virtute organum artis. Inducit materiam artificialium ad formam artis. Sic igitur in proposito non est virtus activa in sensu, in cuius virtute sensibile⁶⁸ moveat⁶⁹ sensum. Illud autem agens non damus in potentia⁷⁰ sensu, sicut nec agens, in virtute cuius organum agit in ipsam materiam, dabimus in ipsa materia. Et concludit. Dabimus igitur duplex agens in sensu. Unum quasi organum quod non sufficit ad movendum sensum ut sunt ipsa sensibilia, que sunt intenciones in potentia. Aliud, quasi principale, in cuius virtute haec sensibilia movent immateriali⁷¹. Istud autem agens principale non est senses agens sed est motor celi, sive anima celi. Unde sicut ista sensibilia immutante materialiter in virtute corporis supercelestis, ita immutant intencionaliter et spiritualiter in virtute motoris⁷² celi, agens ergo principale, in virtute cuius sensibilia movent sensum, est motor celi sive anima eius, et quia tale agens est separatum, ideo⁷³ non movetur dici sensus, quia sensus non dicit virtutem separatam, sed virtus immanens⁷⁴ motor eius⁷⁵ coeli, quamvis sit agens, non potest dici sensus, quia non est virtus materialis, nec organica, cuius⁷⁶ est sensus.

Est igitur intentio doctoris nostri, quod sensibilia, que⁷⁷ sunt intenciones in potencia, non possunt movere⁷⁸ virtute propria, sed oportet necessario dare aliquod agens, virtute cuius moveat ipsum sensum. [Nota bene intencionem domini Egidii *in margine C.*] Illud tamen agens non est sensus agens, sed est motor celi, nam sicut haec sensibilia immutant et alterant ipsam materiam

57 Alii: Aliquando V.

58 Alii: Aliquando V.

59 quod: est V.

60 primo: immo V.

61 sic: qui, si *add.* V.

62 strumentum: instrumentum V.

63 *question mark add.* V.

64 *question mark add.* V.

65 si *om.* V.

66 quidem *add.* V.

67 in *add.* V.

68 sensibile *om.* V.

69 moveat: moveatur sensus, si sensus movetur ab ipso sensibili; ipsum tamen sensibile est intentio in potencia, oportet ergo aliquod superius agens, in cuius virtute sensibile moveat sensum *add.* V.

70 damus in potencia: dabamus in ipso sensibili V.

71 immateriale: intencionaliter V.

72 motoris: motorum V.

73 ideo *om.* V.

74 virtus immanens: virtutem inmateria V.

75 Eius: igitur V.

76 cuius: cuiusmodi V.

77 que: quia V.

78 sensus *add.* V.

virtute celi, quia est ipsum alterans non alteratum. Ita suo modo immutant ipsum spiritualiter, seu intentionaliter in virtute motoris celi, non oportet igitur propter hoc dare sensum agentem.

Respondeo hiis assumptis⁷⁹ /51va/ de facili respondetur et solvitur illa prima ratio et per consequens omnes consequentes.⁸⁰ Quando dicitur quod in omni natura etc., dici debet quod⁸¹ est dare istas duas differentias quod sicut est dare ibi aliquid, quod est omnia fieri, ita aliquid quod est omnia facere. Sed illud quod est omnia facere non semper coniungitur in eodem cum illo. Quod est omnia fieri, nec semper fortitur illud nomen tamen⁸², nam si materia in artificialibus est omnia tamen⁸³ dicemus quod materia agens sit omnia facere. Sed est dare aliquod agens separatum, ut artem, que est omnia facere. Sic est⁸⁴ in proposito, nam licet sensus sit omnia fieri, non oportet dare sensum qui sic omnia facere sed est dare aliquod agens, ut puta, motorem celi, in cuius virtute sensibilia moveant sensum.

Solvitur autem ex dictis. Secunda ratio, quia datur principium vitale, scilicet motor celi. Solvitur nichilominus tertia ratio, quia datur agens cause (*sic*)⁸⁵ quia motor celi preter sensibilia. Quarta ratio etiam soluta est, quia spiritualitas forme sensibilis⁸⁶ erit ab isto agente principale in cuius virtute sensibilia potentia sensibile potest⁸⁷ movere sensum. Quinta igitur solvitur quia sensibilia non sufficiunt ad movendum sensum datur motor, in cuius virtute moveantur.⁸⁸ Solvuntur igitur iterum auctoritates quia haec fuit intentio *Augustini* et *Commentatoris* nec non aliorum. Patet igitur solutio nostri doctoris ad praedicta.

Hec autem dicta, licet⁸⁹ sint subtilia et bene dicta et tanti doctoris, cuius doctrinam represento⁹⁰ per se notam intelligenti, ad presens tamen, gracia disputationis, non asserendo, sed dando mihi materiam ut in aliis argumentacionibus⁹¹, teneo sicut primo⁹² quod sit dare in nobis sensum agentem in cuius virtute moveant sensibilia ipsum sensum. Et quia fundamentum huius positionis stat in hoc, scilicet quod⁹³ oporteat dare aliquod agens virtute cuius sensibilia moveant sensum; illud tamen agens non est coniunctum, sed separatum, quia est motor vel anima celi. Idcirco primo ostendam quod tale agens non potest esse separatum. Secundo ostendam rationes non esse solutas.

Primum probatio⁹⁴ dupliciter. [Probatio duplex *in margine C.*]

Primo. Sic. Nulla operatio dicitur immanens cuius agens universale et particulare, principale et instrumentale distinguitur subiecto vel operatione et⁹⁵ subiecto operationis. Hec patet 9. *Metaphysicae* et 2. *Ethicorum*, ubi dicitur, quod actio immanens est perfectio agentis, quia manet in eo. Si ergo distinguitur subiecto et operatione ideo⁹⁶ talis operatio non erit immanens, quia non manet in agente, nec est eius perfectio. Sed si illud agens⁹⁷, virtute cuius sensibilia movetur⁹⁸

79 respondeo hiis assumptis: his autem praesuppositis V.

80 consequentes: sequentes V.

81 in omni natura *add.* V.

82 tamen: cum eo V.

83 tamen: fieri, non V.

84 est: etiam V.

85 cause: commune V.

86 /F1r/ V.

87 sensibile potest *om.* V.

88 Quinta ratio est soluta, nam datur agens in cuius virtute sensibile in potentia potest movere sensum. Solvitur etiam sexta ratio, quia sensibilia non sufficiunt ad movendum sensum sed datur motor, in eius virtute moveantur *add.* V.

89 licet: quamvis V.

90 reputo *according to Bakker & Van den Bercken*, p. 224.

91 argumentacionibus: arguendi V.

92 primo: prius V.

93 quamvis *add.* V.

94 probatio: probatur V.

95 vel operatione et: ab operante et a V.

96 et operatione ideo: ab operante et subiecto operationis, idem V.

97 in *add.* V.

98 movetur: movent V.

sensum, non esset coniunctum sed esset totaliter separatum, tam universale agens, quam⁹⁹ principale et instrumentale /51vb/ distinguerentur a¹⁰⁰ subiecto ab ipso sentire et a subiecto ergo¹⁰¹ sentire non esset actio immanens, quod est expresse contra *Philosophum*, 9. Metaphysicae et 2. Ethicorum. Oportet igitur necessario quod ex quo agens particulare, ut puta, sensibile non est nobis coniunctum, quod agens universale esset¹⁰² nobis coniunctum et nullo modo separatum et per consequens tale agens erit sensus agens et non motor celi. Et confirmatur ista ratio. Quia illa actio est transsiens [confirmatio *in margine C.*], cuius universale et particulare agens distinguitur subiecto ab operatione et subiecto operationis per *Philosophum* ut supra, sed sic est deipso sentire: si aliquem¹⁰³ agens in cuius virtute sensibilia moveretur¹⁰⁴ sensum, non esset nobis coniunctum sed separatum, ergo sentire esset actio transsiens. Conclusio¹⁰⁵ falsa, ergo aliqua premissarum. Non maior, quia est Philosophi, ergo minor, inquantum¹⁰⁶ ponit taliter agens non¹⁰⁷ separatum, erit igitur nobis coniunctum, et sic est dare sensum agentem.

Secundo. Agens, in cuius virtute sensibile movet sensum, non est maioris ambitus, quam sit ipse sensus qui movetur a sensibilibus, ergo tale agens non erit motor sive anima celi. Consequentia videtur esse¹⁰⁸ nota: excedit enim improportionabiliter ipsum sensum. Antecedens patet¹⁰⁹, quia secundum Commentatorem, cuilibet potentie active corespondet in natura adecata (*sic*)¹¹⁰ potentia passiva: alias potentia activa esset frustra. Et per oppositum cuilibet potentie passive debet¹¹¹ correspondere potentia activa adecata (*sic*)¹¹², cum natura nichil agat frustra. Agens igitur virtute cuius¹¹³ sensibilia movent sensum, cum sit potentia activa correspondens potentie passive ipsius sensus¹¹⁴ debet ei adequari et per consequens non erit maioris ambitus, non ergo hoc agens erit motor celi, sed sensus agens qui formaliter¹¹⁵ adequatur ipsi sensui passivo vel possibili. Fundamentum igitur, cui initur dicta posicio, salva semper reverencia dicentis, non videtur mihi sufficere.

Ostendo [confirmatio *in margine C.*] ergo secundo quod rationes eius non sunt solutae. Non prima quia *Philosophus* in tertio huius non solum vult per illam rationem probare quod sit dare intellectum agentem absolute, ymo probat quod sit dare intellectum agentem in nobis. Concludit tertio ex dicta ratione, quod oportet has duas differentias esse in anima nostra. Si ergo ex virtute et forma huius rationis non concludit¹¹⁶ necessario quod oportet dare intellectum¹¹⁷ coniunctum possibili, vel passivo. *Philosophus* concludit sine premissis et peccat in forma, quod non videtur asserendum. Est igitur¹¹⁸ advertendum quod dictus modus arguendi tenet de necessitate de¹¹⁹ actionibus immanentibus, que fundantur in eo subiective, a quo causantur effective, quamvis non

99 particulare *add. V.*

100a *om. V.*

101 sentire et a subiecto ergo *om. V.*

102 esset: fit *V.*

103 aliquem: illud *V.*

104 moveretur: movent *V.*

105 est *add. V.*

106 ad illud, quod *add. V.*

107 non: esse *V.*

108 esse *om. V.*

109 patet: probatur *V.*

110 adaequata *V.*

111 in natura *add. V.*

112 adaequata *V.*

113 virtute cuius: in cuius virtute *V.*

114 ipsius sensus *om. V.*

115 Formaliter: *totaliter V.*

116 concludit: concluditur *V.*

117 intellectum: activum *V.*

118 est igitur: et ideo *V.*

119 de: in *V.*

teneat /52ra/ in actionibus transeuntibus que transsieretur¹²⁰ in exteriorem materiam. Et quia *Philosophus* arguit de ipso intelligere quod est actio immanentes, concludit necessario. Cum igitur prima ratio arguat de sensu et sentire, quod etiam est actio immanens, videtur de necessitate concludere sicut ratio Philosophi. Exempla autem, quae adducuntur de arte et de materia ad solvendum autem istam¹²¹ rationem, non sunt de actionibus immanentibus, sed solum de transeuntibus, et ideo ratio non videtur soluta, et per consequens nulla aliarum solvitur, cum omnes solvantur ex illo fundamento. *Auctoritates* autem *commentatoris* non solvuntur, non erit illa fuit intentio ipsius, quod apparet evidenter, nam secundum istam viam, quamvis fit dare aliquod agens, in cuius virtute sensibilia moveant sensum: illud tamen agens nullo modo potest vocari sensus agens, quia non¹²² agens coniunctum, sed separatum. *Commentator* autem non solum vult quod oporteat dare aliquod agens sed oportet dare sensum agentem, ergo non potest esse ista intentio *Commentatoris*. Iste modus dicendi, salva semper sua reverencia, non videtur sufficere. Est tamen ulterius alterius¹²³ modus dicendi magis communis. Dicunt etiam communiter *doctores* quod sensibilia virtute propria possunt movere sensum. Et ideo non requiritur sensus agens, nec aliquod agens coniunctum, nec separatum, cuius virtute sensibilia moveant sensum. Totalis ergo causa effectiva actus sentiendi sunt sensibilia et sensus se habent¹²⁴ pure passive et ad causandum actum nichil aliud requiritur, quod probatur una ratione tali. Quaecumque, agens et pasciens sunt in debita dispositione; agens in¹²⁵ dispositione, qua natum est agere; pasciens vero¹²⁶, qua natum est pati. Si sunt approximata et non impedita¹²⁷ (*sic*), necessario sequitur effectus remoto quocumque alio, sed sensibile approximatum sensui est in debita dispositione, quia¹²⁸ natum est agere. Sensus vero est indebita dispositione, quia¹²⁹ natum est pati, ergo. Maior et minor videntur note ad sensum.

Hiis presuppositis ex istis dictis doctoris¹³⁰ videntur solvi rationes superiores facte.

Primo quidem, quod sensibilia sunt illud quod est omnia facere et non oportet propter hoc dare sensum agentem.

Ratio¹³¹ secunda: etiam solvitur, quia non est conveniens¹³², quod pasciens secundum materiam vel¹³³ naturam suam sic dictis agumentate (*sic*)¹³⁴, videmus enim quod ignis agit in mixte et tamen forma ignis non est perfectior formis mixtorum. Verum est tamen quod agens, secundum quod agens¹³⁵, inquantum agens /52rb/, debet esse nobilior passiente, inquantum passiens. Et ratio¹³⁶ posito, quod sensibilia non sint ita perfecta secundum suam naturam, sicut ipse potentie sensitive, tamen adhuc poterunt agere in ipsis¹³⁷, non ergo requiritur aliquod aliud principium vitale preter sensibilia.

Ad tertium dicitur, quod actio sensibilis in sensu non est totaliter equivocata, sed¹³⁸ forma

120transsieretur: transeunt V.

121autem istam: dictam V.

122est *add.* V.

123alterius: alius V.

124habent: habet V.

125in: quidem in debita V.

126vero: in dispositione V.

127impedita: impedita V.

128quia: qua V.

129quia: qua V.

130doctoris: doctorum V.

131Ratio: Reponsio V.

132conveniens: inconveniens V.

133materiam vel *om.* V.

134dictis agumentate (*sic*): nobilior agente V.

135secundum quod agens *om.* V.

136ratio: ideo V.

137ipsis: ipsas V.

138sed: quia V.

sensibilis ab¹³⁹ obiecto medio, et organo habent esse eiusdem rationis, et solum differunt secundum perfectum, et imperfectum. Perfectum autem et imperfectum non diversificant speciem. Et ideo huius modi¹⁴⁰ actio non totaliter dicitur aequivoca.

Ad quartum, dicitur quod spiritualitas forme sensibilis non est ab agente, sed inest ei ratione materie. Et quando dicitur, quod forma non propter materiam, sed potius e converso. Dicitur, quod hec proportio habet virtutem in formis diversarum rationum, non autem¹⁴¹ eiusdem rationis, quia secundum *Philosophum*, actus activorum sunt etcetera¹⁴² in secundo huius. Unde figura sigilli perfectius reperitur¹⁴³ in cera molli quam in dura, et hoc est ratione materie.

Ad quintum dicendum quod obiecta exteriora non sic sunt sensibilia in potentia, sicut phantasmata in potentia¹⁴⁴ intellectum, virtute propria. Sensibilia autem, ut dictum est, possunt movere sensum, virtute propria.

